

Item ante templum ad decem passus est lapis quidam positus in signum
quod xpus ibi cruce hauriens pre amentia et debilitate cecidit in terra sub
cruce alius quoque lapis ostenditur prope murum qui adhuc sanguinis
xpi vestigia et insignia presert.

In crastino id est die quartadecima Julij sacra visitatione loca pcedē
dentibus et ostendentibus nobis guardiano et aliquibus fratribus eius.
audita prius missa in hospitali sancti Johannis itaque procedentes per viam
illam longam per quam et xpus de domo pylati usque ad crucifixionis locum
ductus est ad subscripta ex ordine devenimus loca.

Item ad domum sancte veronice que ad passus quingentos et quinquaginta
distat a domo pylati ubi xpus eius populo imaginem faciei sue
impressit que hodie Rome habetur.

Item ad domum divitis epulonis qui sepultus est in inferno.

Item ad quoddam huiusmodi ubi multe mulieres stabant que dominum lamenta
bantur dum duceretur ad mortem quibus et dixit nolite flere super me filie
jerusalem sed super vos ipsas flere et super filios vestros.

Item iterum ad quoddam huiusmodi ubi est locus in quo iudei angarianerunt
Symonem cyrenensem venientem de villa ut tolleret crucem post ihesum.

Item ad locum ubi beata virgo stetit quando filio suo obviavit crucem por
tanti ubi et per nimium dolorem amens fuit effecta. In eodem loco sancta
helena ecclesiam quandam edificavit que omnino desolata hodie cernitur et
destructa. Nec tamen aliquis paganorum in eodem loco edificare potest
divino ut creditur miraculo nam id sepulchrum attemptatum est et semper
perit quod nulla ibi potest manere structura.

Item ad quandam stratam sive vicum ubi arcus lapideus stat suppositus
vix super quem duo videntur lapides albi et lati in quorum altero xpus
stetit quando morti fuit adiudicatus. In altero vero pylatus quando
in eum sententiam tulit ut crucifigeretur.

Item ad domum pylati in qua xpus fuit flagellatus ligatus percussus
coronatus et multis alijs iniurijs et opprobrijs affectus. nec aliquis
peregrinorum in domum illam intronititur nisi forte ex gratia et favore
speciali et seorsum atque occulte quo modo et ego cum paucis nobilitibus
intrare fuimus permisi pecunijs datis.

Item ad domum Herodis que est ad sinistram iam dicte domus pylati
ascendendo in qua xpus inductus herodi fuit presentatus et a iudeis ac
cusatus ac tandem ab herode spreus et veste alba indutus. Et est ibi
scola puerorum infidelium.

Item ad domum in qua marie magdalene dimissa fuerunt peccata.

De templo Salomonis.

Item ad locum ubi forissecus templum vidimus Salomonis ope rotarum
do et greco labore fabricatum altum valde et amplum plumbumque tectum
magnis fectis et politis lapidibus edificatum. Super ambitum illius
templi eclipsis lune posuerunt pagani sicut solent facere in suis eccle
sijs cunctis in quarum ingressu communiter dimidiam locant lunam